



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmanstorff ad
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatae Concionis Moralis In
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

Penzinger, Sebastian Heinrich

Solisbaci, 1698

Disc. XXXV. Solatium miserorum. Consolatur Maria, omnem ad se
confugientem, ac sibi supplicem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51763)

DISCURSUS XXXV.

Maria Virgo Consolatrix afflictorum est.

Exordium.

Quam tristia sint omnia, dum sol à nostro hemisphærio discedit, & absconditur, annua docet experientia, etenim amoenitatem dura tollit hyems, lucem diurnam longitudo noctis obtinebrat, creaturæ omnes afflictæ languent, melancholicus fit homo, philomela filet, & alauda, in antris & specubus latent bruta, areolæ inanes plangunt, semimortuæ stupent arbores, durissimo cilicio coarctati inter montes rivuli aliàs prurientes quiescunt; revertente autem denuò ad nos aureo sole, exhilarantur homines, concentuaviùm resonat aër, in peramœnis campis, & pratis viridantibus animalia saltitant, crystallo nitent fluctuantes aquæ, arbores florent & plantæ, & adventu solis consolata, omnis terra virescit: quanta solis utilitas! cui merito subscribit Academicus: *Consolatrix afflictorum.* Mariam Virginem Dei Matrem, *Electam ut Sol*, cœli agmina exclamant. Cant. 6. cap. nam omnes hominum status ipsa benignè solatur, nativitate suâ solata est patres in limbo, *Electa ut Sol.* Liberatione & refrigerio solata est animas in purgatorio, *Electa ut Sol*, curatione solata est ægros, *Electa ut Sol*, auxilio solata egenos, *Electa ut Sol*, ereptione periclitantes solata, *Electa ut Sol*, a-
 pertione carceris, & vinculorum disruptione solata captivos, *Electa ut Sol*, afflictos lætitiâ, peccatores gratiâ, gloriâ justos solata, *Electa ut Sol*, dignissima, quam triumphans & militans veneretur Ecclesia, *Consolatricem afflictorum.* De triumphanti SS. Patres deprædicent. *Maria effecta est Mater Dei,*
S. Laurentii Paradisi scala, Janua cœli, Interventrix mundi, demonum Fuga, peccatorum Spes, naufragantium Portus, maris Stella,
 Con-

SS. Patres.

S. Laurentii

Justinianus

Confugium periclitantium, Solamen laborantium, fluctuantium Robur, Dei & hominum verissima Mediatrix. perorat S. Laurentius Justinianus. ferm. de Annunt. B. V. Beata Virgo sicut fons refrigerat piis consolationibus, omnes tribulationum & adversitatum estum patientes, si tamen ex omni corde, ipsius imploraverint auxilium. loquitur B. Albertus Magnus, Serm. de Nat. B. V. Et iterum in Bibl. Maria. lib. Esth. Num. 7. Ipsa est gaudium maestorum, & tripudium omnium Beatorum. Clementissima Regina solita est semper afflictos, quæ ex hac lachrymarum valle ad se suspirant, suavissime consolari, simulq; rigore celesti refrigerio, tanquam rore matutino, corda arenantia. scribit Vener. P. Joannes à Jesu Mariâ. Tom. 4. Epist. ad B. V. Quicumq; marore deprimeris, desolatione affligeris, adversitate pragravaris, hanc piissimam, prorsusq; suavissimam accede, implora, contemplare Mariam, & citò senties ejus opem, persevera invocare ejus misericordiam, & celeriter experieris consolationem mentalem. ait Dionysius Carthusianus, de Laud. B. V. Lib. 3. Art. 21. Ave Porta cælorum, & scala ascensusq; omnium, ave portarum cælestis Paradisi reseramentum, ave nostra Consolatrix, quæ marores sedâsti, & oppressorum molestias leniisti, cunctasq; oppressiones sustulisti, ave clavis regni cælestis. lætus inclamat Mariam S. Ephrem, ferm. de Laud. B. V. Si consolari in omni tribulatione quaritis, accedite ad Mariam Matrem Jesu, & omnia gravamina nostra, aut citò recedent, aut leviores fient. paternè suadet Christi imitator Thomas à Kempis, Serm. 21. ad Novitios. Part. 3. Gratiam Spiritus S. imploret Virgo beata, ut eam Consolatricem afflictorum, etiam in militanti Ecclesiâ, devotis Conceptibus læti meditemur.

B. Albertus Magnus.

Ven. P. à Jesu Maria.

Dionysius Carthusianus.

S. Ephrem.

Thomas à Kempis.

CONCEPTUS I.

Ecclesiast. 24. cap. de seipsâ dicit Virgo benedicta. Quasi nebula texti omnem terram. Numquid nebula tristis & tenebrosa est? cur ergo Consolatrix Deipara nebulæ comparatur?

Confirmatio, seu Deductio,

nebula simplici rustico certum solatium exhibet, & consolatrix est pluviae salutaris, per quam exsiccata ardore nimio solis terra irrigatur, languentes ejus fructus reviviscunt, debilitata calore sulphureo animantia recreantur. Quasi nebula ergo tegit omnem terram protectione sua Virgo Maria, quia ubique terrarum in vocata auxilium praestat, consolatur afflictos, largum gratiarum imbrem nittit, divitem Dei benedictionem exorat. Praclare pro more S. Bernardinus Senensis, in cap. 14. Apocalypf. *Beata Virgo convenienter nebula comparatur, quia amabilis est succursu, propter suam benignitatem, nam sicut nebula modico vento agitata, velociter movetur, & Inbrem fundit, sic Virgo Maria modicum pulsata precibus, pro peccatoribus exorat.* Confirmat S. Bernardus. Sermon super Sign. Magn. *Maria omnibus hominibus misericordia sua sinum aperit, omnibus sese affectam exhibet, & inclinatum.* O quot afflicti eam experti sunt Consolatricem!

CONCEPTUS II.

Sponsam suam Mariam Virginem Spiritus S. Olivae in campis assimilat. Ecclesiast. 24. cap. *Quasi oliva speciosa in campis?* Ad quid olivae? & cur recte in campis? Quare non olivae in hortis aut montibus? Respondet S. Antoninus Episcopus. Part. 3. Tit. 31. cap. 4. *Oliva significat misericordiam, quia oleum fructus est; linitivum & dulce.* Horti plerumque occlusi sunt, nec cuivis patet ingressus, montes excelsi sunt, nec quisvis ascendere potest ad montem, praesertim miseri, afflicti, & infirmi; *In excelsis enim infirmi esse non possunt.* scribit S. Ambrosius. lib. 5. in Luc. cap. 6. post Init. obliqua nemora pariter sunt invia, & inaccessibleia, campi autem omnibus aperti, cuique patent. Maria misericordiae Mater, quasi oliva speciosa, non in hortis, non in sylvis, non in montibus, sed in campis, quia consolatione sua omnibus est patens, nulli pia viscera claudit, pinguedinem, seu fructum ejus linitivum singulis offert, dolores amaros in dulcem latitiam, morbos in salutem, tribulationem & afflictiones

Etiones vertit in consolationem. *Ad olivam, quæ est speciosa in campis, omnes possunt accedere, & accipere fructum ejus, sicut ad Mariam, & justis & peccatores accedere possunt, ut inde misericordiam accipiant.* Sonant verba Antonini citati. quibus addit devotissimus Ludovicus Blosius. in Cant. vitæ Spirit. cap. 3. *Beata Virgo neminem spernit, à nemine se abscondit, vel excusat, omnes consolatur, omnibus sinum suum aperit bonitatis.* Benignissima Consolatrix afflictorum.

CONCEPTUS III.

Joann. 2. cap. Nuptiæ erant in Canâ Galilææ, quibus & Maria Mater JESU interfuerat, unâ cum Filio & discipulis ejus, ad has easdem nuptias specialiter vocatis & invitatis, animadvertens autem Virgo Dei Mater, vinum hospicibus deficere, miserta sine dilatione Christum interpellat, dicens: *Vinum non habent.* tantumque effecit, ut ad obsequiosam piæ Matris instantiam, clementissimus ejus Filius, aquam converterit in vinum, quamvis adhuc nullum fecisset signum, aut alicubi apertè miracula patrâisset. Nemo est, qui vertat in dubium, paupertatem in terris coluisse Christum, consequens ergo est, creatam hanc laudabilem Trinitatem, JESUM, Mariam & Joseph, in alimentis aliisque vitæ necessariis, sæpe sæpius defectum passam fuisse, neque tamen legitur Filium suum patientissima mater unquam sollicitâsse, ut miraculosâ panis, carnis, vestimentorum, aliarumve necessitatum creatione, sibi subvenire dignaretur; quin & S. Evangelista expressè dicit, hanc miraculosam Canæ in Galilæâ conversionem aquæ in vinum, fuisse primum in favorem Matris Christi miraculum: *Hoc fecit initium signorum JESUS in Canâ Galilææ, & manifestavit gloriam suam.* Cur ergo in nuptiis hisce, pro solo vino, cujus defectum ibidem senserat, tam sollicitè apud Filium intercessit? Cur rectè vini defectum tam graviter sensit? *Vinum non habent?* Mysterium latens pandit Sapiens. Prov. 31. cap. *Vinum his, qui amaro sunt animo.* Vinum nempe remedium

medium est contra triftitiam, dulcorat amara, mororem tollit, tribulatos lætificat, confolatur affictos; deficiente vino querula erat Chrifti Mater, ne fua mæftis gaudia, aut fua miferis auxilia, aut denique etiam affictis fua non deeffent folatia, per eam, quæ eft Confolatrix affictorum. Confolatus ab eâ attestatur S. Bernardus. ferm. fuper Sign. Magn. *Omnibus omnia facta eft, fapientibus & infipientibus, copioffimâ charitate Debitricem fe fecit, omnibus mifericordiam aperuit, ut de plenitudine ejus accipiant univerfi, captivus redemptionem, ager curationem, triftis confolationem, peccator veniam, iuftus gratiam, Angelus lætitiâ, denique tota Trinitas gloriam, O quàm verè omnium Confolatrix!*

CONCEPTUS IV.

Admiratione dignum eft, quòd doloroffiffima Virgo Dei Mater, ufque ad ultimum vitæ Jefu Chrifti Filii fui halitum, fub cruce morientis Salvatoris ftando perfeveravit in concuffa. *Stabat autem juxta crucem Jefu, Mater ejus.* Joan. 19. Cap. An major aut acerbior in hoc mundo reperiri potefl dolor, an non anima ipfa parentibus tranfigitur, quando proprium crudelifsimè interimi, ignominioffimè mori filium confpiciunt? Cur ergo fub cruce morientis Filii ftando doloroffiffima Mater permansit? Si ad implendam Simeonis prophetiam, mors Chrifti animam ipfius Virginis velut acutiffimus doloris gladius pertransivit, cur ad temperandam tanti doloris vehementiam, à morte Jefu, provida Mater Maria fe fe non abduxit? Non erat in univerfo terrarum orbetriftior Chrifto Domino, dicente de feipfo. Matth. 26. cap. *Triftis eft anima mea ufque ad mortem.* Indignum itaque duxit pientiffima Mater, Filium fuum in tantâ triftitiâ conftitutum derelinquere, & vel ex hoc ipfo, quòd triftitia animæ ejus fuerit ufque ad mortem, ufque ad extremum vitæ halitum Filii afficti, & morientis, ftare voluit Mater afficta, & Confolatrix, Sed ubi in morientis Jefu anguffis Ange-

Angelus mansit, qui eum in agoniâ constitutum, confortabat in horto? non eguit eo Christus, qui Angelorum solatium Matrem Virginem habuit præsentem, efficacissimam afflictorum Consolatricem. O quot millia hominum, in extremis necessitatibus constituti, in vitæ termino angustati, coram Iudice strictissimo tremuli, ab universo orbe derelicti, vel in ipso agone spirantes in virginem, experti sunt afflictorum Consolatricem: de millibus unum pro solatio exemplum percipiamus: P. Marcus de Weida lib. de Fraternitate Rosarii recenset, Egræ in Bohemiâ Virginem quandam Barbaram nomine, in Egram fluvium incautam cecidisse, ibidemque fuisse submersam, tristi nuntio de insperatâ morte filix, incomparabiliter afflicta mater, in Ecclesiam Dei Genitricis cucurrit, Mariam Virginem flexis genibus pro ope & auxilio humiliter implorat, interim mortuæ virginis corpus de aquâeductum, in parentum ejus domo reponitur, quò cum nimîâ afflictione perturbata mater de templo magnæ Dominæ apulisset, amarissimas lachrymas supra cadaver filix submersæ copiosè effudit, sed proh! mirum, Barbara filia omnibus stupentibus alta primùm suspiria ducere, dein circumspicere, ac tandem viva sese erigere, & exhibitas sibi per Mariam Virginem gratias, circumstantibus fusè narrare incepit, quatenus nimirum anima ejus misera coram tribunali divino ducta actualiter steterit, atque de eo terribilem damnationis æternæ sententiam infelix perceperit, in hâc tamen extremâ & ultimâ necessitate à Deiparâ Virgine adjuta, ejusque potentissimâ apud Deum intercessione redeundi in corpus, & adhuc seriam agendi pœnitentiâ feliciter fortita sit facultatem. O quanto solatio exultaverit tristis & afflicta Mater, quando filiam ejus submersam denuò redivivam oculis adhuc madentibus conspexit, sed multò hilarior filia, quæ mediante Mariâ vitam, gratiam, pœnitentiæ tempus adepta, strictissimum Dei Judicium, & irrevocabilem mortis æternæ sententiam ter felix evasit. En quantâ clementiâ duâbus afflictis
Dei

Dei Mater in tempore opportuno facta sit gratiosissima Con-
solatrix.

Epilogus,

Quotquot ergo afflicti in hâc lachrymarum valle degi-
mus, veram ac perpetuam in vitâ & morte consolationem
expectantes, ad potentissimam simul & benignissimam Con-
solatricem afflictorum, quotidiano cultu honorantes recur-
ramus, & fiducialiter inclamemus cum serapico Bonavent-
turâ. Psalm. 111. *Salvos nos fac Mater pulchra dilectionis, fons
clementia, & dulcor pietatis, quæ terra sola circum, ut subven-
ias invocantibus te. Amen.*

*O mens peccatrix! benè spera, Maria Solatrix
Letitia vinum, porrigit ipsa sinum.
Non sinit afflictum, sed sanat vulneris ictum
Compatiens miseris, hanc cole, latus eris.*

